



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinij Ordinis  
Vetustißimi Amplißimique, Nostra, ac supera ætate  
Jmmarcescibilis Vigor, ac Viror**

**Bucelin, Gabriel**

**[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.**

lesu Christi Annus M.D.XXVIII. Sancti Patris Benedicti. M.XLIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38498**

*Ejus vita  
compendi-  
um.*

*ruditis.*

*Medico vi-  
ri conten-  
tissimus.*

*Exemplar  
Virtutum  
omnium.*

oſtava Junij pridie Apoſtolorum Pe-  
tri & Pauli, quibus præclaram in tot  
converſione fidelium operam nava-  
verat. Sepultus eſt apud Montem So-  
raſten Romæ, in loco, non multo an-  
te ſibi ab Abbate noſtro S. Pauli Ro-  
mano in domicilium conceſſo. Fuit  
ante Religionis profeſſionem Thomas  
appellatus; naſtus Venetijs ex illuſtriſ-  
ſima, vetuſtiſſimæque Juſtinianorum  
familia, Patrem habuit Franciſcum Ju-  
ſtinianum, præclare geſtis, & avita  
generis nobilitate inclutum, Matrem  
Paulam de Mariperris, Religione non  
minus, quam Ducali progenie conſpi-  
cuam, Thomas ab incunabulis ipſis  
magnæ virtutis ſpecimen præbuit,  
præmaturâ morum gravitate, ſenilem  
præferens prudentiam, miramque vi-  
tæ integritatem atque honeſtatem.  
Litteris probè inſtitutus, Græcâ, uti  
Latinâ mirè excelluit. A morte Il-  
luſtriſſimorum parentum Patavium  
contendens, ipſe rerum ſuarum pru-  
dentiſſimè ſatagens, annos undecim  
Philoſophicis ac Theologicis Studijs  
ſedulo impendit, eam juvenili etiam-  
num atate doctrinæ famam, conſe-  
quutus, ut nulli atatis ſuæ doctiſſimo  
ſecundus haberetur. Fuit formâ cor-  
poris & elegantia morum, dignis mag-  
no Principe, cæterum modèſtâ taci-  
turnitate, & victus frugalitate, jam  
tunc æmulus Religioſorum; ex quo  
inter Amicos familiare dicitur, *Tho-  
ma Juſtiniano cubiculum cum pane ſatis  
eſſe.* Hieroſolymam profectus ſacra  
loca religioſiſſimè veneratus eſt, in-  
deque reverſus, conſtitutis domi re-  
bus, fruſtra collachrumantibus ger-  
manis & cognatis, per graviffima iti-  
neris pericula, Camaldulum ſe con-  
tulit, & ſanctiſſimam Divi Benedicti  
Regulam amplexus & profeſſus, ad-  
mirabili deinceps Vitæ rigore & per-  
fectione excelluit. Exin varijs, ob e-  
gregias virtutes & animi talenta, ho-  
noribus auctus, qui ſubeſſe maluerat,  
*MAIOR*, ſic vocant, ſacra Eremi fa-  
ctus, ſacra & profana mirificè promo-  
vit, & ad reſtaurandam propagan-  
damque diſciplinam, animum adjecit,  
Reformatoris, Propagatorisque Titu-  
lum digniſſimum paulo poſt conſe-  
quutus. Ipſe autem exemplar Vir-  
tutum omnium, diſcipulis ſe ſuis ex-  
hibuit, corpus ſuum duriter habuit,

humilitate & patientiâ omnibus admi-  
rationi fuit. Rarius illud; cum jura-  
tiſſimum hoſtem ſuum, ultione, ut  
videtur, Numinis, è ſublîmi cadem-  
tem, cruce fracto, non aliter atque Da-  
vid Saulem, & Admirabilis Pater no-  
ſter BENEDICTUS Florentium, inimi-  
ciſſimum ſibi ſuiſque Presbyterum de-  
ploravit, totôſque quindecim dies in  
pane & aqua jejunavit, ut non imme-  
rito oratione & jejunio ejuſdem cu-  
ratus credatur. Romam petiturus,  
dum in itinere moraretur, cauſam ro-  
gatus? magnum ſe prævidere malum  
faſtus eſt: *Sed ne animos Veſtros contri-  
ſtare videar, ſibo: ſciens utique, nullibi nos  
manus DEI poſſe effugere.* Triduo dein  
poſtquam Romam venerat, captâ à  
Borbonio Duce Urbe, & ipſe cum ſuis  
captus, ſed quod nulla ſpes lucri à pau-  
peribus affulgeret, brevi dimiſſus eſt.  
Fuit verbo potens, calamo facundus,  
atque luculentus, plurâque ut ſupra  
diximus, reliquit egregij ingenij, ſi-  
milque ſacri fervoris, & egregiæ pie-  
tatis monumenta.

*Hoſtium  
Amicus &  
ſautor.*

*Roma in-  
fortunium  
prævidet.*

*IESU CHRISTI ANNISM.DXXVIII,  
Sancti Patris Benedicti. M.XLIX.*

**F** eſt viſſimus cœlis Annus, felicif-  
ſimo & glorioſiſſimo tranſitu ele-  
ctiſſimæ Chriſti Sponſæ Venerabilis  
Mariæ Catharinæ Brugoræ, Monialis  
S. Margaritæ in Urbe Mediolanenſi,  
alterius Catharinæ Senenſis, Brigittæ  
Suecicæ, Franciſcæ Romanæ; cuius  
omnis Vita Martyrium fuit, ita Re-  
ginæ & Regi Martyrum vehementer  
condoluit, ita clavorum, ita coronæ  
ſpineæ ſtygmata patienter toleravit,  
ita efficaciter abominando ſcelera  
mortalium, offenſo tam graviter Nu-  
mini condoluit, ita inexplicabiliter in  
præceps ſcelerum prolapsis viſcera  
miſericordiæ aperta voluit, ita dies  
noctêſque ſeſe affligendo omnibus ſeſe  
impendit, & ſuperimpendit. Verè  
miraculum perdiſſimæ atatis. Dies  
reſolutionis ipſi expectatiſſima deci-  
ma nona Novembris, quæ tunc feria  
ſexta, crucifixo amori ſacra, fuit,  
cum annos vixiſſet quadraginta, & vi-  
ginti quinque à ſua profeſſione in Ca-  
nobio ſanctiſſimè exegiſſet, inter ver-  
ba ſui Sponſi: *In manus tuas Domi-  
ne commendo Spiritum meum*, feliciffi-  
mè extincta, cum paulo ante quam  
ſaa-

*Mortuus B.  
Catharina  
Brugora.*

*Altera Ca-  
tharina Se-  
nenſis.*

*Inter ver-  
ba Sponſi  
Crucifixæ.*

sanctam exhalaret animam, coelestis quidam splendor stellae lucidae instar tertium per cubile gyrando supra caput denique Virginis sifteret; ipsa à morte faciem serenitatis & laetitiae plenissimam, praeferebat; ex cuius ore candidissima columba evolans visa verum coelum erumpere, tota mox Mediolanenfi Urbe ad nuncium mortis ejusdem occurrente, nec contineri se passa multitudine, quin in clausuram ipsam Canobij irrumperet, nec fatiari contutu tam pretiosi funeris posset, donec quietis Canobio reddenda causa, delata in Ecclesiam, omnium solatio exposita triginta totos dies, universis spectabilis, supra feretrum incorrupta prorsus, & inexplicabili gaudio omnes afficiens, jaceret, inde primum sarcophago lapideo condita & antea & postea magnis à Numine miraculis commendata. *Ex Vita per Franciscum Rugierium, solemniter approbata.*

*Concurfus ad sumu.*

*Persecutio per Germaniam.*

*Exempla mira constantia.*

Incredibile dictu est, quanta in sola Germania, hoc ipso anno & tempore perpeffi sint nostri, ab invalescentibus passim potentia & violentia Haereticis; plurimis jam Principibus à Luthero & Asseclis, sacra sibi bonorum Ecclesiasticorum accensis, & contra sacros viros concitatis, violentas infundata à suis Majoribus Monasteria manus iniicientibus, nec bona solum temporalia sibi arrogantibus, sed & in sacra & à tot saeculis consecrata Numini, sacrosanctis Corpori & Sanguini Dominico propria immani infandoque Sacrilegiorum contextu, nequiter grassantibus, & saepe in turpissimos usus, caelo exhorrescente, eadem convertentibus, ipsis viris Religiosis, & Christi sacerdotibus, indignissimè raptatis, tractis, tortis, multis etiam paricidaliter interemptis. Spectare inter haec erat, Viros non solum, sed Virgines Amazones cordatissimas, tanta magnanimitate, tantaque generositate, in tantis injurijs, calumnijs, cadibus, in tanta inopia, fame, siti, alijsque incommodis, ut non minora & indigniora vetustissimis Christi Martyrum exemplis, gloriosissimè praeferrent, & quamvis alij calentissimis quotidie lachrymis, Numini suorum confratrum, & sororum afflictiones commendarent, alij tamen & alij se ipsis fortiores, *stant*, cum Apostolis

*gaudentes, quoniam digni habiti sunt pro nomine IESU contumeliam pati, ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres, equentes, angustiati, afflicti.* DEI nihilominus gloriam & misericordiam praedicabant, nunquam melius se cum agi reputantes, quam si in suo pro Christo exilio morentur. Quae inter aliorum, exilia & oppressiones, Praelati alij [Imperio maxime immediate subiecti, qui nullum alium agnoscerent Dominum quam Augustum Imperatorem, vel quorum Principes, nova omnia dogmata constantiter averfati, ad verum Jeonoclastas animum fortiter obfirmarunt] illi, inquam, Abbates, vigilantissimo oculo, in omnes sese passim insinuantium Haereticorum conatus & fraudes intenti, maximo de Re Catholica merito, suas non solum ditiones & Dominia, sed & vicinorum quibusque sibi Dynastiarum, singulari arte & industria adversum pestilentissimam Haereticorum dogmatum infectionem, praemunientes, missisque quaque verum lectissimis & Religiosissimis oratoribus & praedicatoribus, saniora, subditis consilia instillantibus tantu effecerunt, ut communi ferè tot mortalium per Germanias defectione, insignis planè Christo & Ecclesiae pars Germaniae servata Benedictino Ordini inter tantos turbines & tempestatem debeatur.

*Compassio Religiosorum.*

*IESU CHRISTI ANNUS. M.D.XXX.  
Sancti Patris Benedicti. M. L.*

**I**N Hispanijs admirandis effulgent sanctitatis splendoribus Beata Maria dicta à Matre DEI, monasticè professà in Monasterio Beatae Mariae Magdalena Jependis oppidi, sponsa Christi lectissima, quae cum Angelicae puritatis integritate, & omnium Virtutum gratia, & consodalium suorum, & omnium intuentium atque audientium mirè afficeret animos, suoque exemplo plurimos ad sublimiora raperet, quo pluribus prodesset, ad novum construendum Canobium in Villam Pinto destinata, illud, pro mirifico suo in Deiparam affectu, ejusdem *Inmaculate Conceptioni* sacrum voluit, insignique eodem titulo appellari, cui praesse iussa, sacras filiolas suas, mirifico Numinis & Coelorum Augusta amore succendit, ipsa autem, post ex-

*B. Maria cogn. à Matre DEI.*

*Condit. Monast. Inmaculatae Conceptionis.*

*actam*